


NOTITIAE

SACRA CONGREGATIO PRO SACRAMENTIS ET CULTU DIVINO

- SECTIO PRO CULTU DIVINO -



CITTÀ DEL VATICANO

NOV. - DIC. 1976

124-125

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica editi cura

Sectionis pro Cultu Divino Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino

« Notitiae » prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Conferentiis Episcopalibus vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent apud S. Congregationem pro Sacramentis et Cultu Divino, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta his verbis inscripta NOTITIAE. *Città del Vaticano.* *Administratio* autem residet apud *Libreria Editrice Vaticana - Città del Vaticano* - c.c.p. N. 1-16722.

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 5.000 - extra Italiam lit. 7.000 (\$ 11). Singuli fasciculi veneunt: lit. 500 (\$ 0,90) — Pro annis elapsis singula volumina: lit. 10.000 (\$ 15); singuli fasciculi: lit. 900 (\$ 1,50).

Libreria Vaticana fasciculos Commentarii mittere potest etiam *via aërea*. Typis Polyglottis Vaticanis.

124-125 Vol. 12 (1976) - Num. 11-12

Acta Summi Pontificis

Epistula ad D.num Lefebvre . 417

Allocutiones Summi Pontificis

Cristo ieri, oggi e nei secoli . 428

Acta Congregationis

Summarium Decretorum:

Confirmatio deliberationum Conferentiarum Episcopaliū circa interpretationes populares	431
Confirmatio textuum Propriorum religiosorum	434
Calendaria particularia	436
De sacra Communione in manu fidelium distribuenda	436
Patroni confirmatio	437
Incoronationes	437
Concessio tituli Basilicae Minoris	437
Missae votivae in Sanctuariis	437
Decreta varia	438

Acta Conferentiarum Episcopaliū

Unauthorized Mass Centres . 440

Die Einheit der Kirche wahren! . 442

Lettre des évêques aux catholiques de France . 445

Instauratio liturgica

Sacrements pour les malades. Pastorale et célébrations . 447

Celebrationes particulares

De Canonizationibus:

S. Beatrix de Silva 452

S. Ioannes Ogilvie 454

De Beatificationibus:

B. Maria a Iesu López de Rivas . 457

Chronica

De Prima Sessione Plenaria Congregationis . 461

A Report on the meeting of secretaries of national liturgical Commissions . 461

Varia

Enchiridion documentorum instaurationis liturgicae: errata quaedam corrigenda . 469

Bibliographica . 471

Index voluminis XII (1976) . 479

SOMMAIRE

Actes du Saint-Père (pp. 417-427)

Le Saint-Père, rappelant l'audience du 11 septembre, dit à Mgr Lefebvre qu'il attend une réponse substantielle à propos de ses affirmations et de ses gestes antérieurs. L'attitude du prélat ne semble pas modifiée. Le Saint-Père fait donc le point d'ensemble de la situation.

Les abus contre lesquels Mgr Lefebvre veut réagir ne peuvent justifier la position doctrinale et pratique qu'il adopte.

Le Pape en vient alors à examiner la conception de l'Eglise qui sous-tend les actes et les revendications de Mgr Lefebvre: «Ce qui est en cause, en effet, c'est la question, qu'on doit bien dire fondamentale, de votre refus clairement proclamé de reconnaître, dans son ensemble, l'autorité du Concile Vatican II et celle du Pape, refus qui s'accompagne d'une action ordonnée à propager et à organiser ce qu'il faut bien appeler, hélas, une rébellion. C'est là le point essentiel, proprement insoutenable».

Paul VI aborde aussi le problème de la célébration abusive de la *messe de saint Pie V*. Il redit la raison d'être, la valeur et la légitimité de la réforme liturgique, ainsi que la signification de son adoption par tous les fidèles: l'*Ordo Missae* est un signe privilégié de l'unité des catholiques de rite romain. «C'est aussi parce que, dans votre cas, l'ancien rite est en fait l'expression d'une ecclésiologie faussée, un terrain de lutte contre le Concile et ses réformes...». Il n'est pas tolérable d'utiliser l'Eucharistie comme instrument et signe de rébellion.

L'unité de tous autour du Pape est plus que jamais nécessaire pour remédier aux abus.

Allocutions du Saint-Père (pp. 428-430)

A la fin de l'année liturgique le Saint-Père rappelle aux fidèles que la royauté de Christ est la synthèse sur le plan liturgique et spirituelle du cycle du culte annuel de l'Eglise.

Actes des Evêques (pp. 440-446)

On reproduit plusieurs déclarations épiscopales: la déclaration des évêques anglais contre la célébration de la Messe des petits groupes qui ne sont pas autorisés par les évêques; la déclaration des évêques allemands sur la *Messe de S. Pie V* et l'exhortation des évêques français sur les célébrations liturgiques.

Réforme liturgique (pp. 447-451)

Rapport de présentation à la Sacrée Congrégation pour les Sacrements et le Culte Divin de l'adaptation francophone du Rituel des sacrements pour les malades.

Célébrations particulières (pp. 452-460)

On trouvera les textes approuvés pour les Messes des nouveaux Saints: Beatrix de Silva et Jean Ogilvie; et de la nouvelle Bienheureuse Marie de Jésus López de Rivas.

Rapports divers (pp. 461-468)

Il s'agit d'une brève relation sur la première Plénière de la Congrégation et sur la rencontre des secrétaires nationaux de Liturgie des nations de langue anglaise, qui eût lieu à Singapour le 14-18 décembre 1975.

SUMARIO

Carta del Santo Padre a Mons. Marcel Lefebvre (pp. 417-427)

El Santo Padre, refiriéndose a la audiencia del 11 de septiembre, recuerda a Mons. Lefebvre que está esperando aún una respuesta suya en relación con sus afirmaciones y gestos anteriores. Los últimos acontecimientos no parecen indicar un cambio de actitud del Prelado. El Papa hace una descripción del estado actual de la situación.

Los abusos contra los cuales Mons. Lefebvre pretende reaccionar, no pueden justificar la posición doctrinal y práctica que ha adoptado.

El Papa pasa a examinar el concepto de Iglesia que está debajo de las acciones y reivindicaciones de Mons. Lefebvre: «De lo que se trata, en efecto, es la cuestión —que bien puede ser llamada fundamental—, de vuestra negativa, claramente proclamada, de reconocer, en su conjunto, la autoridad del Concilio Vaticano II y la del Papa, negativa que va acompañada de una actividad orientada a propagar y a organizar algo que, por desgracia, hay que calificar como una rebelión. Este es el aspecto esencial, el cual es insostenible».

Paulo VI se refiere también al problema de la celebración abusiva de *la misa de san Pío V*. Repite la razón de ser, el valor y la legitimidad de la reforma litúrgica, así como el significado de su aceptación de parte de todos los fieles: el *Ordo Missae* es un signo privilegiado de la unidad de los católicos de rito romano. «En vuestro caso, el antiguo rito es, de hecho, la expresión de una eclesiología falsa, un campo de batalla contra el Concilio y sus reformas...». No puede tolerarse que se utilice la Eucaristía como instrumento y signo de rebelión. La unidad de todos junto al Papa es más necesaria que nunca para poner fin a los abusos.

Alocuciones del Santo Padre (pp. 428-430)

Al final del año litúrgico, el Papa recuerda a los fieles que la realeza de Cristo sintetiza litúrgica y espiritualmente el ciclo del culto anual de la Iglesia.

Actividad de los Obispos (pp. 440-446)

Se publican diversas declaraciones episcopales: la declaración de los Obispos ingleses contra la celebración de la Misa en pequeños grupos no autorizados por los Obispos; la declaración de los Obispos alemanes respecto a la *Misa de S. Pío V* y la exhortación de los Obispos franceses sobre las celebraciones litúrgicas.

Reforma litúrgica (pp. 447-451)

Relación a la Sagrada Congregación para los Sacramentos y el Culto Divino, presentando la adaptación francófona del Ritual de los sacramentos para los enfermos.

Celebraciones particulares (pp. 452-460)

Se publican los textos aprobados para las Misas de los nuevos Santos: Beatriz de Silva y Juan Ogilvie; y de la nueva Beata María de Jesús López de Rivas.

Crónica (pp. 461-468)

Se trata de una breve relación de la primera Plenaria de la Congregación, y del encuentro de secretarios nacionales de liturgia de los países de lengua inglesa, habido en Singapur del 14 al 18 de diciembre de 1975.

SUMMARY

Acts of the Holy Father (pp. 417-427)

Recalling the audience of September 11, the Holy Father has said to Mgr. Lefebvre that he awaits a substantial reply regarding previous assertions and gestures. The Prelate's attitude does not seem to have changed. The Holy Father therefore outlines the present state of the matter.

The abuses about which Mgr. Lefebvre complains do not justify the doctrinal and practical stance that he has taken.

The Pope goes on to examine the idea of Church which underlies the acts and claims of Mgr. Lefebvre: "What is really at stake is the fundamental question of your clearly stated refusal to acknowledge the full authority of the Second Vatican Council and the Pope. This refusal is accompanied by actions which propagate and organize what must, regrettably, be called a rebellion. This is the essential and unacceptable point".

Paul VI also speaks of the problem of the unlawful celebration of *the Mass of St. Pius V*. He outlines the *raison d'être*, the value and the legitimacy of the liturgical reform, as well as the significance of its acceptance by all the faithful: the *Ordo Missae* is a privileged sign of the unity of the Catholics of the Roman rite. "It is also because, in your case, the old rite is in fact the expression of a false ecclesiology, a battleground against the Council and its reforms...". It is not acceptable that the Eucharist should be used as the instrument and sign of rebellion. The unity of all around the Pope is more necessary than ever if abuses are to be corrected.

Discourses of the Holy Father (pp. 428-430)

At the end of the liturgical year the Pope reminds the faithful that the kingship of Christ synthesizes liturgically and spiritually the cycle of annual worship of the Church.

Acts of the Bishops (pp. 440-446)

Several episcopal declarations are given: the declaration of the English and Welsh bishops against the celebration of Mass by groups not authorized by the bishops; the declaration of the German bishops on the *Mass of S. Pius V* and the exhortation of the French bishops on liturgical celebrations.

Liturgical reform (pp. 447-451)

Report on the presentation to the Congregation for the Sacraments and Divine Worship on the French-speaking adaptation of the Rite for the Anointing of the Sick.

Particular celebrations (pp. 452-460)

The Mass texts approved for new saints are given: Beatrix de Silva and John Ogilvie; and the newly beatified María de Jesús López de Rivas.

Various Reports (pp. 461-468)

A brief presentation of the first Plenary Session of the Congregation; a meeting of the secretaries of English-speaking national liturgical commissions in Singapore, 14th-18th December, 1975.

ZUSAMMENFASSUNG

Akten des Papstes (S. 417-427)

Der Papst sagte, indem er an die Audienz vom 11. September erinnerte, er erwarte von Mons. Lefebvre eine grundlegende Antwort betreffs seiner Zusagen und seines früheren Verhaltens. Das Verhalten des Prälaten scheine unverändert. Der Papst faßte dann die Situation zusammen.

Die Mißbräuche, gegen die Mons. Lefebvre sich wendet, rechtfertigen nicht seine Position in Lehrfragen und in der Praxis. Danach sprach der Papst von dem Kirchenbegriff, der Mons. Lefebvres Verhalten zugrundeliegt: »Das ist die Sache, auf die es ankommt, das Hauptproblem, ihre klar ausgesprochene Ablehnung und Nichtanerkennung der Autorität des II. Vatikanischen Konzils und des Papstes. Diese Ablehnung wird begleitet von einer Aktion, die darauf hinzielt, etwas zu verbreiten und zu organisieren, was man klar und deutlich eine Rebellion nennen kann. Das ist der wesentliche und wirklich unhaltbare Punkt«. Paul VI. ging auch auf das Problem der unerlaubten Feier der *Messe Pius V.* ein. Er stellte wiederum die Berechtigung, die Bedeutung und die Legitimität der Liturgiereform heraus und betonte die Zeichenhaftigkeit ihrer Annahme durch die Gläubigen: Der Meßordo ist das vornehmliche Zeichen der Einheit der Katholiken des röm. Ritus. »Das ist es auch, weswegen in ihren Fall der alte Ritus Ausdruck einer irrigen Kirchenauffassung ist und ein Gebiet des Kampfes gegen das Konzil und seine Reformen ...«. Es ist untragbar, die Eucharistie als Mittel und Zeichen des Aufstandes zu gebrauchen.

Die Einheit aller mit dem Papst ist mehr als zuvor notwendig als Heilmittel gegen Mißbräuche.

Papstansprachen (S. 428-430)

Am Schluß des Kirchenjahres erinnerte der Papst daran, daß das Christkönigsfest noch einmal liturgisch und geistlich den gesamten Lauf des Kirchenjahres zusammenfaßt.

Akten der Bischöfe (S. 440-446)

Es werden mehrere Erklärungen von Bischöfen wiedergegeben: die Erklärung der englischen Bischöfe zu Meßfeiern in kleinen Gruppen, die nicht von den Bischöfen autorisiert sind; die Erklärung der deutschen Bischöfe zur *Messe Pius V.* und das Schreiben der französischen Bischöfe zur Feier der Liturgie.

Liturgiereform (S. 447-451)

Es wird ein Bericht der Kongregation für die Sakramente und den Gottesdienst über die Adaptation der Feier der Krankensakramente im französischsprachigen Bereich abgedruckt.

Besondere Feiern (S. 452-460)

Abgedruckt werden die approbierten Meßfeiern für die neuen Heiligen: Beatrix de Silva und Jean Ogilvie, sowie die Meßfeier für die neue Selige: María de Jesús López de Rivas.

Verschiedenes (S. 461-468)

Kurz wird über die erste Plenarsitzung der Kongregation berichtet und über ein Treffen der Sekretäre der Liturgie-Kommissionen englischsprachiger Länder, das vom 14. bis 18. Dezember 1975 in Singapur stattfand.

Acta Summi Pontificis

EPISTULA SUMMI PONTIFICIS PAULI VI AD D.NUM LEFEBVRE

VENERABILI FRATRI
MARCELLO LEFEBVRE
ARCHIEPISCOPO-EPISCOPO OLIM TUTELensi

Cum te die xi mensis Septembris hoc anno in Arce Gandulfi coram admisimus, facultatem tibi fecimus cogitata tua ac desideria libere proferendi, quamvis varias causae tuae veluti facies iam probe cognitās haberemus. Memoria vero, quae apud Nos viget, illorum, quae te, Ecclesiae servitio addictum, anteriore tempore commendaverunt, id est studium, quo circa fidem et apostolatū inflammabaris, et bona opera, quae patrasti, spem Nobis iniecerunt et adhuc iniciunt fore, ut in perfecta communione ecclesiali constitutus talis denuo evadas, qui sis aedificationi. Iterum te rogavimus, ut coram Deo et conscius officii, quo astringeris, omnia ponderares post singulariter gravia facta, quae edidisti.

Per mensem exspectavimus. Mentis autem tuae habitus, quemadmodum verba tua et actiones adhuc, ac quidem publice, testantur, non videtur esse mutatus. Re quidem vera ante oculos habemus epistolam, abs te die xvi mensis Septembris datam, in qua haec affirmas: « Unum nos coniungit: desiderium flagrans eo pertinens, ut pravi usus, qui Ecclesiam deformant, desinant. Quantum opto cum Sanctitate Tua et sub Eius auctoritate ad eiusmodi opus salutare sociare laborem, eo consilio ut Ecclesia verum vultum suum redipiscatur ». Quomodo interpretanda sunt haec pauca verba — per se quidem probanda — quibus tota responsio tua continetur? Loqueris enim quasi oblitus sis proposita tua et improbandi prorsus exempli actiones, quas adversus communitatem ecclesialem perpetrasti et quas reprobavisti numquam. Non enim, ut manifesto apparet, eiusmodi factorum te paenitet, ne illius quidem rei, propter quam suspensio a divinis tibi est irrogata. Nequaquam dicis aperte te auctoritati Concilii Vaticani II et Apostolicae Sedis adhaerere — quod est totius quaestionis caput — atque in opera, quae exci-

tasti, pergis incumbere, quamvis a legitima auctoritate expresse iussus sis ea intermittere. Ita fit, ut ambiguitas perseveret, ex hac duplici dicendi ratione exorta. Nos vero, ut promisimus, ea, quae conclusimus, postquam rem perpendimus, iam tecum communicamus.

I. Te ipsum facis reapse defensorem ac nuntium fidelium et sacerdotum, qui « dilacerantur iis, quae in Ecclesia aguntur », opinantes cum dolore fidem catholicam ac bona essentialia Traditionis non satis recte aestimari neque secundum ea vitam duci a parte quadam Populi Dei, saltem quibusdam in regionibus. Verumtamen in tua factorum explanatione, in peculiari munere, quod tibi sumpsisti, in modo, quo id exerces, inest aliquid, quod Populum Dei in errorem inducit et bonae voluntatis homines decipit, qui fidelitatem merito expetunt atque rem spiritualem et apostolicam plenius cognoscere et exsequi cupiunt.

Quodsi hodie a recto tramite quoad fidem et usum Sacramentorum deerratur, id sine dubio gravissimum est censendum, ubicumque id evenire constat. De hoc iam diu solliciti sumus, ad doctrinam actionemque pastorem attendentes. Non tamen propterea neglegenda sunt signa valde positiva, ut aiunt, revirescentis vitae spiritualis et auctae officii conscientiae apud non paucos catholicos, neque obliteranda causa implicata, unde discrimen seu crisis est exorta: permagna enim mutatio, quae in mundo huius temporis accidit, fidelium animos intimos afficit, eademque vel magis necessariam reddit apostolicam curam de iis, *qui longe sunt*. Sed exstat verum sive sacerdotes sive fideles suas ipsorum interpretationes ususque praeposteros, damnosos, immo vero scandalum moventes et interdum etiam sacrilegos, nomine tegere praescriptionum « conciliarium ». Quos tamen pravos usus non licet attribui ipsi Concilio neque renovationis operi, quod inde legitime manavit, sed iidem potius ideo invaluerunt, quod germana erga illa fidelitas defuit. Tu vero fidelibus persuades proximam discriminis causam, potius quam esse falsam interpretationem Concilii, ab hoc ipso proficisci.

Ceterum, te gerere ostendis quasi peculiare munus in hac provincia tibi sit mandatum. Officium autem discernendi et emendandi pravos usus imprimis ad Nos pertinet, et ad omnes Episcopos, qui una Nobiscum operantur. Nos quidem non desinimus vocem attollere, respuentes huiusmodi effrenas et immoderatas cogitandi agendique rationes. Sermone, quem in Sacro Consistorio die xxiv mensis Maii hoc anno habuimus, id ipsum dilucide et aperte iterum ediximus. Magis quam quivis alius, Nos dolores percipimus Christifidelium perturbatorum et ad cla-

morem respondemus illorum, qui fidem vitamque spiritualem sitiunt. Re quidem vera, nihil umquam nec ullo modo omisimus, quin sollicitudinem Nostram servandae in Ecclesia fidelitatis erga veri nominis Traditionem testificaremur, necnon voluntatem Nostram efficiendi, ut eadem Ecclesia, gratia Dei adiuvante, aetati praesenti ac tempori futuro occurrere valeret.

Modus denique agendi tuus non sibi constat; siquidem, ut dicis, pravis usibus, quibus Ecclesia foedatur, vis mederi; quereris quod auctoritati in Ecclesia non satis honoris habetur; tutari vis fidem authenticam, existimationem sacerdotii ministerialis et animorum ardorem ad Eucharistiam, in eius plenitudine acceptam, quatenus est sacrificium et sacramentum: qui zelus Nostram per se mereretur probationem confirmationemque, quia de rebus agitur, quae, una cum evangelizatione christianorumque unitate, sunt vigiles curae Nostrae, intima ratio ministerii Nostri apostolici. Verumtamen quomodo, ut hoc munus impleas, potes simul asserere te officio teneri repugnandi Concilio recens celebrato — idque contra Fratres tuos in Episcopatu — diffidendi ipsi Sedi Apostolicae, quam « Romam ad neo-modernismum et neo-protestantismum proclivem » esse criminari, oboedientiam Nobis debitam aperte dene-gandi? Si revera, ut in postrema epistula privata asseverasti, « sub auctoritate Nostra » vis operari, oportet in primis finem imponas huiusmodi ambiguitatibus atque discordi ac discrepanti agendi modo.

II. Sed iam veniamus ad postulationes pressius conceptas, quas, in colloquio illo, die XI mensis Septembris habito, protulisti. Rogas, ut ius agnoscatur celebrandi Missam secundum ritum, a Concilio Tridentino editum, in variis sacri cultus locis. Est tibi etiam propositum persequi institutionem candidatorum ad sacerdotium secundum rationes seu criteria tua, scilicet « ut ante Concilium », in seminariis peculiaribus, veluti in seminario pagi *Ecône*. Verumtamen sub hisce quaestionibus et similibus, quas particulatim expendemus, latens deprehendatur oportet ipse cardo totius problematis, quod est vere proprieque theologicum. Illae enim quaestiones evaserunt modi certi atque concreti, ut aiunt, declarandi ecclesiologiam, quae in capitibus praecipuis prorsus falsa esse cognoscitur.

Agitur quidem de re, quae fundamentalis dici debet, de eo nempe quod, ut palam edixisti, in universum auctoritatem respuis Concilii et Summi Pontificis; cui detrectationi tuae actio disposita iungitur, eo pertinens, ut haec seditio tua — sic enim pro dolor est appellanda — pro-

pagetur et ordine quodam constituatur. Haec est protecto res capitalis et praecipua, quae probari nullo modo potest.

Num necesse est, ut hoc te moneamus, qui es Frater Noster in Episcopatu, quin immo Pontificio Solio Astantis nomine honestatus, quo cum Petri Cathedra etiam arctius coniungaris oportet? Christus supremam auctoritatem in Ecclesia sua Petro et Collegio apostolico tradidit, atque adeo Summo Pontifici et Collegio episcoporum « una cum Capite »; cuius enim fidei catholico persuasum est verbis, a Domino ad Petrum factis, etiam munus legitimorum eius Successorum, videlicet Summorum Pontificum, significari: *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis* (Mt 16, 19); *Pasce oves meas* (Io 21, 16-17); *Confirma fratres tuos* (Lc 22, 32). Concilium vero Vaticanum I hisce verbis assensum Pontifici Maximo debitum enuntiat: *Cuiuscumque ritus et dignitatis pastores atque fideles, tam seorsum singuli quam simul omnes, officio hierarchicae subordinationis veraeque oboedientiae obstringuntur, non solum in rebus, quae ad fidem et mores, sed etiam in iis, quae ad disciplinam et regimen Ecclesiae per totum orbem diffusae pertinent; ita ut, custodita cum Romano Pontifice tam communio- nis quam eiusdem fidei professionis unitate, Ecclesia Christi sit unus grex sub uno summo pastore. Haec est catholicae veritatis doctrina, a qua deviare salva fide atque salute nemo potest* (Const. dogm. *Pastor aeternus*, c. 3; DENZ.-SCHÖN., 3060). Quod autem ad Episcopos cum Summo Pontifice coniunctos attinet, eorum potestas, quatenus universam respicit Ecclesiam, sollemni modo in Conciliis exercetur, secundum verba, quibus Iesus cunctos simul Apostolos est allocutus: *Quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata in caelo* (Mt 18, 18). Inde consequitur, ut in ea, quam tenes, agendi ratione agnoscere renuas duas hasce formas, quibus suprema auctoritas ad usum deducitur.

Omnis Episcopus est quidem doctor authenticus, quippe cuius sit populum ipsi commissum fidem docere, qua mentes eius et mores dirigantur, atque errores, qui periculum inferant gregi, prohibere. Est tamen hoc animadvertendum: *Episcopalis ... consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi; quae tamen natura sua nonnisi in hierarchica communione cum Collegii Capite exerceri possunt* (Const. *Lumen gentium*, 21; cf. 35). Episcopus vero solus et missione canonica carens multo minus fruitur, « in actu expedito ad agendum », facultate universe statuendi, quae sit regula fidei, atque ipsam Traditionem determinandi. Tu vero seorsum solus iudicare vis de iis, quae ipsa Traditione comprehenduntur.

Proferis quidem te Ecclesiae esse subiectum Traditionique fidelem, eo dumtaxat quod quibusdam temporis praeteriti normis obtemperas, normis dicimus editis a Decessoribus eius, cui Deus hac ipsa aetate potestatem Petro tributam contulit. Itaque, hac etiam in re, Traditionis notio, ad quam provocas, est vitiata. Traditio enim non est quiddam quasi immotum et mortuum, vel factum quoddam staticum, ut appellant, quod certo ac definito tempore historico vitam instituti organici et actione praediti, quod est Ecclesia seu Corpus Christi mysticum, coërceat. Summi Pontificis et Conciliorum est iudicium ferre, quo in traditionibus Ecclesiae discernantur ea, de quibus discedi non potest, nisi quis infidelis fiat Domino Iesu Christo et Spiritui Sancto — hoc videlicet est depositum fidei — et ea, quae ad temporum postulata possunt ac debent accommodari, ea mente ut precandi ratio et missio Ecclesiae in varietate temporum ac locorum faciliores evadant atque ut nuntium divinum in sermones nunc vigentes aptius vertatur meliusque communicetur, prorsus reiectis quibusvis mediis consiliis; quae non decent.

Traditio ergo seiungi non potest a Magisterio vivo Ecclesiae, perinde ac separari nequit a Sacra Scriptura: « Patet ... Sacram Traditionem, Sacram Scripturam et Ecclesiae Magisterium ... ita inter se connecti et consociari ut unum sine aliis non consistat, omniaque simul, singula suo modo sub actione unius Spiritus Sancti, ad animarum salutem efficaciter conferant » (Const. *Dei Verbum*, 10).

Ita profecto se gerere consueverant Summi Pontifices et Concilia Oecumenica, accedente peculiari auxilio Spiritus Sancti; atque hoc ipsum egit Concilium Vaticanum II. In rebus ab hoc Concilio decretis, et in renovationis opere, quo illas ad usum deduci statuimus, nihil invenitur, quod ecclesiasticae Traditioni duorum milium annorum adversetur, prout ea respiciuntur, quae sunt fundamentalia et immutabilia. Huius rei auctores seu sponsores sumus Nos, non vi qualitatum, quibus ut persona praediti sumus, sed vi muneris, quod Nobis ut Petri locum legitima successione obtinentibus Dominus commisit, necnon vi specialis adiumenti, quod Nobis ut olim Petro est pollicitus: *Ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua (Lc 22, 32)*. Una Nobiscum huius rei auctores sunt Episcopi, in toto terrarum orbe degentes.

Neque amplius in medium proferre tibi licet illam distinctionem inter rem dogmaticam et pastoralement, qua fretus alios textus Concilii Vaticani II accipias, alios respuas. Re quidem vera, quae in aliquo Con-

cilio edicta sunt, ea non eiusdem indolis consensionem postulant; etenim solum id, quod ut veritas fidei vel ut fidei adnexum actibus « definitivis », quos vocant, affirmatur, assensum fidei infert. Verumtamen cetera quoque partem efficiunt sollemnis Magisterii Ecclesiae, quod fidelium quisque fidenter debet accipere et sincere ad effectum deducere.

Dicis praterea te, conscientiae officio astrictum, non semper intelligere, quomodo inter se componi possint quidam textus Concilii vel quaedam consulta ac decreta Nostra, quibus illos ad usum traduximus, cum sana Traditione Ecclesiae, ac speciali modo cum Concilio Tridentino, vel cum dictis Decessorum Nostrum, quod attinet exempli causa ad Collegium Episcoporum cum Summo Pontifice coniunctorum, ad novum Ordinem Missae, ad oecumenismum, libertatem religiosam, rationem dialogi instituendi, evangelizationem mundi huius temporis. Non est locus hisce in Litteris, ut singulas quaestiones eiusmodi pertractemus. Ipse enim documentorum tenor una cum sententiis ibi adumbratis, quae in rerum natura colorum varietates appellantur, ipsa contexta oratio, qua illi continentur, explanationes cum auctoritate factae, commentarii, quibus res alitus et modo, ut aiunt, obiectivo sunt excussae, profecto eiusmodi sunt, ut te iuvare possint ad evincendas dubitationes haesitationesque, quibus turbaris. Consiliarii probatissimi omnino, callentes theologiam remque spiritualem, ad hoc quod pertinet, tibi queunt opitulari, divino lumine affulgente; Nosque parati sumus huiusmodi auxilium fraternum tibi expeditius reddere. Sed quomodo fieri potest, ut ipsius animi tui difficultas — gravis nempe perturbatio spiritualis, qua laboras et quam reverenter intuemur — tibi facultatem det te iudicem publicum faciendi illarum rerum, quae legitime et ferme unanimiter sunt inductae atque scienter partem fidelium impellendi, ut in hac repudiatione te sequantur?

Quodsi rationes, quae afferuntur, utiles sunt, quo facilius quis imperatis obsequatur, — Nosque percupimus, ut fideles turbati vel reticentes ea sint sapientia, honestate, humilitate, quibus eiusmodi rationes probativas, iam abunde in medium prolatas, accipere valeant — tamen eadem per se non sunt necessariae ad consensionem, cum oboedientia coniunctam, quae Concilio Oecumenico ac deliberationibus Pontificis Maximi debetur. Agitur hic revera ipse sensus ecclesialis.

Si altiore rei veritatem exigimus, tu ipse et asseclae tui immobiles in certo quodam ac definito temporis spatio ecclesialis vitae si-

stere contenditis; quod quidem facientes, Ecclesiae viventi adhaerere renuitis, qualis ea semper fuit; alienamini a Pastoribus legitimis, vituperantes exercitationem munerum, quibus iure funguntur. Quamquam vero eversionem, seu — ut ais — « subversionem », quam in Ecclesia fieri contingat, deploras, tamen neque praescriptionibus Summi Pontificis neque suspensione a divinis te commoveri fateris. Nonne, hac ductus mente, sine litteris dimissoriis et contra apertum vetitum nostrum sacerdotes ordinasti, constituens quendam gregem presbyterorum, qui in Ecclesia sunt irregulares gravibusque poenis ecclesiasticis innodati? Atque accedit, ut asseveres suspensionem a divinis, in quam incurristi, tantummodo ad sacramentorum celebrationem referri secundum ritum renovatum, quasi ea contra ius fasque in Ecclesiam sint inducta; quam — eo enim progredieris — schismaticam appellas, arbitrans te poenam istam devitare, si sacramenta administras anterioribus formulis utens et statutis normis adversans (cf. 1 Cor 14, 40).

Ex eodem hoc errato mentis tuae habitu pendet usus non legitimus Missam celebrandi a S. Pio V vocatam. Nosti hunc ritum fuisse exitum mutationum temporis cursu peractarum, atque Canonem Romanum primam esse Precum Eucharisticarum. Opus instaurationis liturgicae, hac aetate perfectum, ipsas causas, cur fieret, et normas directorias e Concilio hausit et e fontibus historicis Liturgiae. Quod quidem instaurationis opus efficit, ut fideles verbo Dei abundantius pascantur; qui dum Liturgiam actuosius participant, tamen munus sacerdotis, *in persona Christi agentis*, integrum manet. Auctoritate Nostra hanc renovationem sanximus, mandantes, ut ab omnibus, qui catholico nomine censetur, servaretur. Quodsi arbitrati sumus, in universum, moras non amplius huic rei esse afferendas neque exceptiones concedendas, id fecimus propter bonum spirituale et unitatem totius communitatis ecclesialis, siquidem catholicis Ritus Romani Ordo Missae est praecellens quoddam signum unitatis ipsorum. Ad te vero quod spectat, ritus ille anterior indicium est falsae ecclesiologiae atque materia impugnandi Concilium eiusque opus instaurationis, hoc praetextu seu interposita causa solum in illo vetere ritu servari verum sacrificium Missae verumque sacerdotium ministeriale, neque horum significationem offuscar. Nos vero hoc iudicium erratum, hanc accusationem iniustam prorsus reicimus, neque permittere possumus, ut divina Eucharistia, Sacramentum unitatis, scissuras gignat (cf. 1 Cor 11, 18), et ut adhibeatur ut instrumentum signumque seditionis.

Est quidem in Ecclesia locus cuidam pluralismo, quem dicunt, sed solum iis in rebus, quae licitae sunt, intraque sane oboedientiae fines. Hoc quidem haud intellegunt, qui liturgicam renovationem in universum reiciunt; neque ii, qui Christi praesentiam realem et Sacrificium eucharisticum in controversiam vocant. Pariter institutio sacerdotalis, in qua Concilii ratio non ducatur, nequit probari.

Itaque postulationibus tuis obsecundare nequimus, quia de actionibus agitur, quae in illa repugnatione contra unam et veram Ecclesiam Dei continentur. Haec autem severitas non ex eo oritur — hoc tibi persuasum sit — quod nonnulla concedere renuimus, quae ad disciplinam vel Liturgiam spectant, sed, cum talis sit significatio actionum tuarum earumque momentum, si ita ageremus, notionem Ecclesiae ac Traditionis prorsus falsam induci sineremus.

Quapropter, Venerabilis Frater, conscii omnino officii Nostri, tibi dicamus oportet te in errore versari. Atque, amore fraterno, quo te prosequimur, et auctoritate Nostra, cuius pondere gravamur, te hortamur, ut verba et actiones tuas retractes, ut ad bonam frugem te recipias, ut Ecclesiae Christi vulnera desinas inferre.

III. Quid autem revera a te postulamus?

A) Ante omnia et in primis aliquam Declarationem talem, quae has res omnes sanet atque componat pro Nobis ipsis et etiam pro toto Populo Dei, qui nempe perspicuitatis ius habet quique diutius tollerare non potest, sine damno, eiusmodi ambiguitates. Haec ergo Declaratio affirmare debet te sincere adhaerescere ad Concilium Oecumenicum Vaticanum II et singula ipsius documenta, *sensu obvio* intellecta, quae quidem a Concilii Patribus confecta sint atque ex Nostra auctoritate approbata et promulgata. Nam huiusmodi adhaesio ad Concilia Oecumenica quod spectat, semper agendi regula fuit in Ecclesia a principio.

Ex eadem Declaratione patere etiam debet te similiter accipere consulta ac decreta, quae edidimus Nos post Concilium, ut illud ad effectum suum deduceretur, adiuvantibus variis Sanctae Sedis ministeriis; inter alia vero nominatim « Ordinis Missae », simulque ius Nostrum mandandi, ut talis renovatio ab universo populo christiano recipiatur et adhibeatur.

Confiteri sic praeterea debes obligationem normarum iuris canonici, quod nunc viget quodque maxima ex parte adhuc congruit cum

Codice Iuris Canonici, a Decessore Nostro Benedicto XV foras dato, non exceptis iis, quae poenas canonicas tangunt.

Quod dein ad Nos ipsos attinet, dimittes ac retrahes omnes accusationes graves nec non iniurias insinuationes, quas palam obiecisti adversus Nos, adversus fidei Nostrae integritatem et fidelitatem Nostram erga proprium munus Successoris Beati Petri.

Tum ad Episcopos quod spectat, agnoscere pariter debes illorum auctoritatem — in sua cuiusque dioecesi — vetandi, ne tu aut praedices ibique sacramenta administres: Eucharistiam, Confirmationem, Sacros Ordines, cetera, cum expresse iidem sese opposuerint.

Spondere denique debes te ab omnibus inceptis esse temperatum (veluti ab acroasibus, scriptis editis ...), quae huic Declarationi repugnent, atque etiam aperte reprobaturum illa incepta, quae, nomine tuo inita, eidem pariter Declarationi adversantur.

Agitur enim ibi de minima quadam parte, quam amplectatur oportet omnis catholicus Episcopus: haec demum assensio et adhaerentia nullum pati potest medium consilium. Quoniam igitur Nobis significavisti recipere te ipsum rei principium, Nos vicissim rationes « concretas » tibi explicamus, quibus Declaratio ista exhibeatur. Hoc enim prima condicio est, et suspensio a divinis tollatur.

B) Superest deinceps solvenda quaestio de futura tua navitate, de operibus tuis ac praesertim de seminariis tuis. Probe intellegis, Venerabilis Frater, ob ipsas ambiguitates et actiones contra regulam admissas tum praeteritas tum praesentes, quae ad haec incepta spectant, Nos minime revocare posse iuridicam suppressionem « Fraternitatis sacerdotalis Sancti Pii X ». Haec namque inculcavit animi habitum Concilio contrarium eiusque executioni, quam Christi Vicarius magnopere enisus est provehere. Pronuntiatio tua, die XXI mensis Novembris anno MCMLXXIV facta, est eiusdem istius animi testificatio; sed, quemadmodum merito prorsus iudicavit Nostra Commissio Cardinalium die VI mensis Maii MCMLXXV, super tale fundamentum nulla exstrui potest institutio aut formatio sacerdotalis congruens necessitatibus Ecclesiae Christi. Hoc tamen nequaquam minuit bona, quae in iis seminariis inveniuntur; atqui respiciendae etiam sunt lacunae rei ecclesiologicae, de quibus diximus, et facultas exercendi hoc tempore pastoralis ministerii in Ecclesia. In rebus autem sic infeliciter permixtis Nobis curae est non ut destruamus, sed ut corrigamus et, quantum fieri potest, saluti consulamus.

Haec porro ratio est, cur Nos — ut supremi sponsores fidei atque

institutionis sacerdotalis — te iubeamus committere Nobis officium et regimen operum tuorum, potissimumque seminariorum. Id tibi maximum sine dubio sacrificium est, verum etiam experimentum tuae fiduciae nec non oboedientiae; condicio insuper una necessaria est, ut seminaria illa, quae nullum habent canonicum statum in Ecclesia, possint in ea fortasse aliquando locum obtinere.

Cum haec acceperis principia, tunc tantum optime consulere et prospicere valebimus cunctis hominibus illis, quorum res interest, curantes scilicet semper, ut verae vocationes sacerdotales promoveantur utque postulata doctrinae, disciplinae ac pastoralis actionis Ecclesiae rite observentur. Illo etiam tempore poterimus Nos benevoli attendere petitiones tuas et optata, dum, una cum Curiae Nostrae ministeriis, inibimus iusta et opportuna consilia.

Ad sacrorum autem ministros quod attinet, quos tu contra ius sacerdotio initiavisti, sanctiones, in quas illi incurrerunt vi canonum 985, 7 et 2374, licebit quidem auferri, si demonstraverint se resipuisse et si nominatim subscripserint Declarationi, quam a te poposcimus. Confidimus te, pro tuo sensu amoreque Ecclesiae, faciliorem redditurum iis esse hunc gressum.

De reliquis vero foundationibus, formationis domibus, « prioratibus » variisque aliis institutis, quae aut te ipso auctore aut fautore condita sunt, aequabiliter tibi praecipimus, ut ea singula committas Sanctae Sedi, quae diversis sub rationibus ponderabit eorum casum cum Episcopo loci. Illorum nempe vita et constitutio et industria apostolica subicientur — sicut communiter evenit in tota Ecclesia Catholica — convento pacto singillatim cum Episcopo loci — *nihil sine Episcopo* — ac secundum eum animum et spiritum, quem supra memorata Declaratio continebit.

Cuncta argumenta et rerum capita, quae in hisce Litteris inveniuntur et quae mature expeditus cum auxilio Praepositorum Dicasteriis, quorum res interest, propter maius dumtaxat totius Ecclesiae bonum et commodum suscepta sunt. Nobiscum tu ipse die XI mensis Septembris colloquens asseveravisti: « Paratus sum ad omnia in bonum Ecclesiae ». Iam responsio penes te est!

Si — quod Deus avertat — Declarationem assensionis, quam a te postulamus, conficere recusaveris suspensus a divinis manebis. Ex contrario tibi eatenus concedetur indulgentia Nostra et ipsa remotio suspensionis, quatenus honeste et sine ambiguitate compleveris condiciones harum Litterarum Nostrarum ac scandala quoque reparaveris.

Oboedientia et fiducia, quas Nobis tu comprobabis, permittent, ut tecum tranquille agamus de tuis ipsius difficultatibus.

Utinam Spiritus Sanctus te illuminet ac dirigat ad unam illam quaestionis huius solutionem, quae te recuperare sinet conscientiae tuae pacem, ad tempus amissam, sed quae etiam efficiet, ut animarum bonum in tuto collocetur, ut firmetur unitas Ecclesiae, cuius curam Nobis commendavit ipse Dominus, ut declinetur schismatis periculum. Pro illa animi condicione, in qua nunc ipsum versaris, intellegimus, quam sit tibi difficile res clare percipere quamque asperum et durum humiliter commutare tuam agendi consuetudinem: nonne propterea omnino necesse est — quemadmodum fit in omnibus casibus similibus — constituas tibi tempus et locum taciti recessus, ubi necessariam reversionem praepares? Fraterno animo te admonemus, ut plane caveas a sollicitationibus instantibus quorundam, qui te perseverare malunt in via aliqua et sententia intolerabili; etenim Nos ipsi, Fratres tui omnes in Episcopatu necnon maxima certe Christifidelium pars a te tandem exspectamus agendi modum illum ecclesialem, qui te magis honorabit.

Ut extirpentur pravi usus, quos deflemus Nos, et ut vera renovatio spiritalis praestetur, necnon necessaria evangelizatio eaque animosa, ad quam Nos incitat Spiritus Sanctus magis quam umquam alias, nunc opus est auxilio promptissimoque studio universae communitatis ecclesialis circum Summum Pontificem et Episcopos. At seditio aliorum hinc ad extremum conglutinat, vel fortassis acuit inoboedientiam sive, ut tu dicis, « subversionem » aliorum illinc, cum, sine propria tua contumacia, potuisses, Venerabilis Frater, — sicut te optare affirmavisti in novissima epistula tua — adiuvere Nos per fidelitatem tuam et sub Nostra auctoritate ad Ecclesiae progressionem efficiendam.

Proinde, Venerabilis Frater, nulla interposita mora, animo intensissimo vereque religioso sollemnem hanc obtestationem humilis quidem, sed legitimi Petri Successoris excepturus considera. Gravitatem huius temporis et occasionis diligenter ponderans, illud solum consilium capias, quod fidelem Ecclesiae filium decet. Haec est Nostra quidem spes, haec Nostra precatio.

Ex Aedibus Vaticanis, die XI m. Octobris, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

Allocutiones Summi Pontificis

CRISTO IERI, OGGI E NEI SECOLI

*Allocutio a Summo Pontifice Paulo VI habita in Audientia generali diei 24 novembris 1976.**

Termina, voi sapete, questa settimana, l'anno liturgico, cioè la ricerca di Dio nella storia, venuto appunto nel Natale di Cristo, con quel suo modo di rivelarsi nell'umiltà del Vangelo, nella concretezza della sua umanità (cf. *1 Io* 1, 1-3), ma con quella sua Parola acuta come una spada che trafigge (*Hebr* 4, 12), e che con virtù taumaturgica ridona la salute (cf. *Mt* 8, 3) e domina le onde (cf. *Mt* 8, 26); e tanto ci ha incantati con messaggi beatificanti (*Mt* 5, 3 ss.) e terrificanti (*Mt* 11, 21; 18, 7; 23, 14); e finalmente ci ha rivelato il Padre, Se stesso e lo Spirito (*Io* 16, 13; *Mt* 28, 19); è morto crocifisso, risuscitato e asceso al cielo; scomparso (*Act* 1, 9) ... Ci ha detto che ritornerà ... (*Act* 1, 11). Ma come? Ma quando? E intanto dodici mesi sono trascorsi; l'anno della preghiera distribuita nel tempo è finito. Come concludiamo questa stagione spirituale?

La traduction des prières de l'Indulgence plénière (n° 161) a fait l'objet d'une attention toute particulière, et la CIFT en a approuvé les termes. On a voulu présenter la richesse de ces prières dans un langage et une formulation littéraire accessibles à des mourants et dans une formulation théologique conforme à l'*Ordo Sacramenti Paenitentiae*.

7. Chapitre V: Rituel pour donner le sacrement à un malade en danger prochain de mort.

Au n° 30 du RR on a ajouté des orientations pastorales (n° 172). Outre les quatre schémas du rite ordinaire de l'onction des malades, on présente ici un texte continu pour les cas de danger *prochain* de mort. Une présentation typographique fera apparaître visuellement ce qui, dans ce schéma, est à utiliser en cas d'urgence conformément aux indications francophones du n° 192.

8. Chapitre VII: La recommandation des mourants.

Le texte est celui du RR sauf quelques adjonctions: n°s 205, 215, 221 (*Je vous salue Marie, Sub tuum*), 223 (chants et prières tirées du rituel des funérailles).

Siamo in Novembre. Questo scorcio dell'anno liturgico ci prepara a una conclusione, che s'intitola a Cristo-Re. Cioè a fare una sintesi su la nostra celebrazione di Cristo, quasi una revisione della nostra professione religiosa cristiana. Abbiamo celebrato le feste del Signore percorrendo il ciclo annuale degli avvenimenti della sua biografia evangelica e degli insegnamenti ch'Egli, il Maestro divino, ci ha lasciati; abbiamo qualificati i primi come « misteri », fatti cioè traboccanti dalla realtà della scena storico-umana in aperture sconfiniate nella rivelazione del cielo e dei destini soprannaturali della vita umana; e abbiamo cercato di classificare e di penetrare i secondi, cioè gli insegnamenti, in un certo ordine, che abbiamo chiamato Vangelo, dottrina cristiana.

Siamo ora noi in grado di fare questa sintesi, traducendola in una duplice risposta alle due domande che sempre dobbiamo rivolgere a noi stessi, e che alla fine di questa pedagogia liturgica annuale si fanno urgenti su le nostre coscienze: Chi è Cristo, in Se stesso? Chi è Cristo per me?

(Ex Allocutione a Summo Pontifice Paulo VI habita in Audientia generali diei 3 novembris 1976: L'Osservatore Romano, 4 novembre 1976).

Celebrationes particulares

DE CANONIZATIONIBUS ET BEATIFICATIONIBUS

Textus Missarum indicantur approbati occasione canonizationis Beatorum Beatricis de Silva et Ioannis Ogilvie die 3 et 17 octobris, necnon beatificationis Servae Dei Mariae a Iesu López de Rivas die 14 novembris 1976, in Basilica Vaticana.

SANCTA BEATRIX DE SILVA

Beatrix de Silva, natione Lusitana, nobili genere orta est circiter annum 1425 Septae, in urbe Africana (v. *Ceuta*), tunc dominio regum Lusitaniae subiecta. Anno 1433 tota familia in Lusitaniam commigrata, pater gubernium oppidi v. *Campo Mayor* a rege recepit.

Vultu decora animique virtutibus praedita, a pluribus nobilibus viris in matrimonium petita est, unde et innocentiam suam defendere debuit ab insidiis in aula regia exortis. Volens se totam Christo Sponso dicare et occasiones illas fugere, perpetuam virginitatem coram Beata Dei Genetrice vovit atque inter moniales monasterii Toletani Sancti Dominici refugium et quietem quaesivit, ubi triginta amplius annos in habitu saeculari permansit.

Toto eo tempore clara virtutum argumenta praebuit. Christum Dominum toto et indiviso corde diligens, illum solum Sponsum elegit, ac splendoribus et magnificentiis regiae aulae renuntians, inter virgines Deo sacratas humilem et absconditam vitam degit. Thesaurum caritatis potissimum ac divitiarum egenis aperiebat, sibi vitam opulentorum denegans ut ceterorum inopiam levaret. Religiosissime vivens, Moderatrici, velut si minima monialium esset, omnimodam obedientiam profitebatur, simulque monasterii disciplinae, praesertim Officii divini recitatione ac silentio, libenter sese astringebat.

Pietate et religione praeparata, ac Spiritus Sancti impulsu secuta, voluit novam religiosam condere familiam, quae Beatae Virgini sine labe conceptae dicata esset. Itaque auxilium ab Elisabetha I, Castellae regina, obtinuit, eiusque venia anno 1484 cum quibusdam sociabus in domum se transtulit quae nomine *Palacio de Galiana* Toleti noscitur, ubi monasterium aedificaret et novi Ordinis fundamenta poneret. Cum

vero Beatrix utrumque perfecisset, novus Ordo monialium ab Innocentio VIII anno 1489 approbatus est. Dominus tamen decreverat ut ipsius Serva, sicut Moyses, terram promissionis conspiceret quidem, sed in eam non intraret. Itaque cum iam ad induendam vestem religiosam cum sororibus parata esset, in morbum incidit, qui eam ex hac vita terrestri ad caelestem patriam perduxit. Probabilius anno 1492 mense Augusto mortua videtur.

Ant. ad introitum

Ap 19, 7

Gaudeamus et exultemus, quia Dominus omnium dilexit Virginem sanctam atque gloriosam.

Collecta

Deus, qui sanctam Beatricem virginem
singulari contemplationis dono illustrasti,
et erga Virginem sine labe conceptam
devotione clarescere voluisti;
da nobis, ut veram, eius exemplo, sapientiam prosequentes in terris,
usque ad contemplandam tuæ celsitudinis speciem
pervenire mereamur in cælis.
Per Dominum.

Super oblata

Suscipe, Domine, obsequium servitutis nostræ:
et præsta, ut, intercedente sancta Beatrice,
nos quoque, per sinceram nostri oblationem,
hostia vivens, sancta ac tibi placens efficiamur.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Ap 3, 20

Ecce ego sto ad ostium, et pulso, dicit Dominus; si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, et coenabo cum illo, et ille mecum.

Post communionem

Divini sacramenti participatione refecti,
quæsumus, Domine, Deus noster;

ut, sancta Beatrice intercedente,
et suavitatem tuæ sapientiæ experiamur in hoc sæculo,
et ineffabili tuæ voluptatis torrente satiemur in patria.
Per Christum.

LECTIONES

*Lectio I**Sir 24, 4. 24-31*

« Sapientia laudabit animam suam ».

*Psalmus responsorius**Ps 33, 10-11. 12-13. 14-15. 19-20*

℟. Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.

*Alleluia**Lc 11, 28*

℣. Beati qui audiunt verbum Dei
et custodiunt illud.

*Evangelium**Io 14, 23-26*

« Spiritus Sanctus docebit vos omnia ».

*Vel:**Mc 3, 31-35*

« Qui fecerit voluntatem Dei, hic frater meus et soror mea et mater est ».

SANCTUS IOANNES OGILVIE

Natus, ut fertur, anno reparatae salutis millesimo quingentesimo septuagesimo nono in civitate quam *Drum* nuncupant e clara Scotiae familia, adhuc plane iuvenis, relicta suorum parentum protestantica religione, catholicam romanam fidem toto firmoque animo amplexus est. E patria inde egressus, in celeberrimo antea conlegio Duacensi, dein in conlegio Gradecensi, quod patres Societatis Iesu moderabantur, studiis vacavit; omnibusque iam virtutibus ornatus, insignia pietatis tunc temporis exempla edidit. Postquam vero operam dedisset theologiae addiscendae in Olomucensi a praefatis quoque partibus recto conlegio, Societatem Iesu ingressus est, ac tandem, studiorum expleto curriculo absolutoque novitiatu, sacerdotium suscepit. Legibus autem tunc temporis in Scotia vigentibus, Dei Famulus impediabatur quo-

minus in patriam ad sacerdotalia officia gerenda reverteretur; sed, spretis ob huiusmodi leges instantibus periculis, ardenti tantum animorum salutis studio permotus, plusquam semel moderatores suos enixe rogavit ut in patriam redire sibi liceret; spe fretus, Deo opitulante, concives suos ad veram religionem reducendi vel iam catholicos in romana Fide firmandi. Sui ardentissimi voti tandem compos factus, statim ac a moderatoribus patriam petendi licentiam accepit, Rothomagensi ab urbe, quam tum incolebat, in Scotiam profectus est, quo clam, uti scriptores documentaque narrant, anno MDCXIII pervenit. Plura igitur ibi Dei Servus, bono animorum procurando, exercuit; at quia in sacerdotali munere obeundo nec laboribus pepercit nec pericula metuit, nil mirum, si, Glasguam profectus, ad haereticos quosdam ibidem catholicae Fidei reconciliandos, fraudulenter captus, in carcerem coniectus sit. Iudicialis eiusdem causa plures menses producit; eaque perdurante Dei Famulus tormenta, in ipsum inlata ad eius in Fide constantiam labefactandam, sereno constantique animo sustinuit; sed, iura Romanae Cathedrae iugiter tuitus, cum nunquam regem habere voluisset dominum in rebus quoque Fidei, ob suam religiosa catholicae firmissimam professionem, quam ceterum fictione tantum iuris Anglicani proditionem vocabant, qua reus laesae maiestatis morte damnatus est. Glasgae itaque patibulo suspensus, Venerabilis Dei Servus Ioannes Ogilvie die decima mensis Martii anno MDCXV gloriosam martyrii palmam accepit.

Ant. ad introitum

Rom 8, 38-39

Certus sum quia neque mors neque vita
poterit nos separare a caritate Dei,
quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Collecta

Deus, qui in beato martyre Ioanne
Spiritus Sancti virtutem demonstrasti,
fac ut, eius exemplo et intercessione roborati,
sub crucis vexillo Ecclesiae serviamus.
Per Dominum.

Super oblata

Beati martyris tui Ioannis passionem venerantes,
 fac nos, Domine, hoc sacrificio
 mortem Unigeniti tui digne annuntiare,
 cum sentiamus in nobis quod et in Christo Iesu.
 Qui vivit.

*Ant. ad communionem**Phil 1, 21*

Mihi vivere Christus est et mori lucrum.

Post communionem

Sacramentis, quæ sumpsimus, refecti,
 supplices te, Domine, deprecamur
 ut, Spiritu Sancto in nobis operante,
 fiat unus grex illius,
 qui animam suam pro nobis posuit,
 Iesus Christus Dominus noster.
 Qui vivit.

LECTIONES

*Lectio I**Rom 5, 1-5*

«Gloriamur in tribulationibus».

⋮

Psalmus responsorius *Ps 30, 3cd-4, 6ab et 7b et 8a, 17 et 21ab*

℟. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

*Alleluia**1 Petr 4 14,*

℣. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis,
 quoniam Spiritus Dei super vos requiescit.

*Evangelium**Mt 5, 1-12c*

« Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam ».

BEATA MARIA A IESU LOPEZ DE RIVAS

Nata est Antonio López de Rivas et Elvira Martínez Rubio die 18 mensis Augusti anno 1560 in oppidulo *Tartanedo* appellato, diocesis Seguntinae in Hispania.

Circiter annum 1574 Dei Serva ad religiosas vitam amplectendam vehementer se invitari et allici sensit, id quod impedimentis pluribus feliciter superatis firmiter est constanterque prosecuta. Optatum denique cum impetravisset, habitum Carmelitarum Discalceatarum in monasterio Toletano S. Ioseph sacro die 12 Augusti anno 1577 induit, et postero anno die 8 Septembris religiosa vota nuncupavit. Ei interea Carmeli Reformatrix Sancta Teresia ipsa gratiam et favorem monialium asceterii Toletani studiosa laudatione conciliavit.

Ab anno 1579 ad annum 1582 prima in Ordine suo obiit munera. Ut enim vicesimum quartum annum explevit, magistra noviciarum est creata, quod scilicet officium tanto cum disciplinarum emolumento et spiritali totius communitatis bono peregit, ut ad idem septies dein revocata sit. Mense Iulio anno 1585 ad novum excitandum coenobium profecta est in castellum *Cuerva* nominatum; attamen quinque vix mensibus transactis a proprii monasterii sodalibus invocata Toletum revertit.

Die 24 mensis Iulii anno 1587 Maria a Iesu Pro-Antistita illius domus Toletanae electa est easdemque regiminis partes bis postmodum suscepit. Hoc autem munere fungens tantum studium tamque multam operam in ordinandis moderandisque divinis laudibus et liturgicis actibus ponebat, ut ceteris sociis suis in exemplum ardoris sancti praeluceret. Exacto rite triennio ipsam annos dumtaxat triginta et unum natam instituerunt Antistitam coenobii, cui quidem ad diem 24 Februarii anno 1595 praefuit, ac deinde trium annorum intervallo rursus eam, etsi adversabatur strenue et repugnabat, gubernatricem destinaverunt supremam. Anno 1624 tertium adlegerunt eam Antistitam summa voluntatum et sententiarum consensione, quae potestatem sibi creditam; uti consueverat, amanter ac prudenter gessit. Tribus denique post annis octavum recepit curationis noviciarum mandatum, in quo usque ad obitum perstitit. Extremis Ecclesiae sacramentis pie munita animam Deo reddidit die 13 mensis Septembris anno 1640 aetatis suae octogesimo.

13 Septembris

Ant. ad introitum

Veni, sponsa Christi, accipe coronam,
quam tibi Dominus præparavit in æternum.

Collecta

Deus, qui beatæ Mariæ a Iesu, virgini,
Fili tui mysteria contemplari
eiusque in se amoris imaginem referre tribuisti,
eius nobis intercessione concede,
Iesum in omnibus fidei ardore nos quærere,
eumque in nobis præsentem caritatis operibus exhibere.
Qui vivit et regnat.

Super oblata

MR 710

Suscipe, Domine, obsequium humilitatis nostræ,
quod tibi in commemoratione beatæ Mariæ a Iesu virginis exhibemus,
et nos, per immaculatam hostiam,
da iugiter in tuo conspectu pio sanctoque amore flagrare.
Per Christum.

Ant. ad communionem

Io 14, 21. 23

Qui diligit me, diligetur a Patre meo,
et ad eum veniemus,
et mansionem apud eum faciemus.

Post communionem

MR 720

Quæsumus, omnipotens Deus,
ut, qui huius sacramenti munimur virtute,
exemplo beatæ Mariæ a Iesu
discamus te super omnia semper inquirere,
et novi hominis formam in hoc sæculo portare.
Per Christum.

LECTIONES

Lectio I

Sir 51, 18 (13)-30 (22)

« Danti mihi sapientiam dabo gloriam ».

Psalmus responsorius

Ps 33, 2-3. 4-5. 6-7. 8-9 (R. 9a)

R. Gustate et videte quoniam suavis est Dominus.

Lectio II

Rom 8, 31-39

« Quis nos separabit a caritate Christi? ».

Alleluia

Y. Qui diligit me diligitur a Patre meo.
Et ego diligam eum et manifestabo ei
meipsum.

Evangelium

Io 14, 13-21

« Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me ».

* * *

... La nostra Beata tuttavia non mancherà di modellare le grandi linee della spiritualità Teresiana secondo un suo disegno personale, dal quale emergerà la sua peculiare fisionomia spirituale. I tratti caratteristici di essa possono riassumersi nella più marcata ed esplicita partecipazione affettiva ed effettiva ai misteri di Cristo, proposti dalla Sacra Liturgia nei diversi momenti dell'anno. La troviamo così, durante l'Avvento, totalmente assorbita e quasi trascinata fuori di sé dalla profonda contemplazione del mistero del Dio incarnato. Durante le feste di Natale ci incontriamo nella sua singolare devozione a Gesù Bambino, che lei familiarmente chiama « dottore dell'infermità d'amore ». Nella Quaresima, e soprattutto nei giorni della Settimana Santa, ammiriamo la sua appassionata partecipazione alle sofferenze del Redentore; a questo proposito la testimonianza di un carmelitano suo contemporaneo ci informa che « avendo (ella) chiesto a nostro Signore di concederle qualcosa che le facesse sentire fisicamente la sua Passione, ebbe dal Redentore, che le apparve, una corona di spine sul capo, da cui le risultò un dolore così forte che mai si leva » (GEROLAMO GRACIAN, *Peregrinación de Anastasio*, Dial. 16).

Suor Maria di Gesù venerava con indicibile ardore l'Eucaristia,

specie nel giorno della sua festa. Alle sue monache ripeteva con accenti che toccavano il cuore: « Figlie, sanno che siamo di casa con il SS. Sacramento, che viviamo insieme a Sua Maestà, sotto il medesimo tetto? Se i religiosi fossero consapevoli di tale privilegio, nessuno riterrebbe acquistarlo a troppo caro prezzo, fosse pure di lacrime e di sangue ». L'intensa devozione al Sacro Cuore di Gesù e al suo Preziosissimo Sangue completano il quadro della pietà cristocentrica di quest'anima, che amava esclamare: « Solo colui che è tanto fortunato da rendere Cristo padrone del proprio essere sa conoscere Dio Divino ed Umano; costui cammina per sicuro sentiero ».

Eccola dunque dinanzi a noi, Suor Maria di Gesù, tutta assorta nel dialogo d'amore con lo Sposo dell'anima, che riempie le sue giornate nella solitudine del Carmelo ...

Questa piccola carmelitana, volata al Cielo tanti anni or sono, ci ricorda la esigenza ineludibile della dimensione contemplativa nella vita di ogni cristiano e col suo esempio ci indica la strada concreta per coltivarla. La strada è quella della meditazione amorosa dei misteri di Cristo, che la Liturgia ripresenta ed attualizza. Figli carissimi, la partecipazione intelligente ed assidua alle celebrazioni liturgiche, in particolare alla liturgia eucaristica domenicale, partecipazione oggi facilitata dalla riforma conciliare e postconciliare, è la via aperta a tutti per un incontro personale con Cristo, con la luce della sua parola confortatrice e con la forza della sua grazia risanatrice.

Resti dinanzi a noi, quale esempio stimolante, l'immagine della nuova Beata, che già anziana ed inferma, non mancava di partecipare alle funzioni liturgiche nella Chiesa del monastero, ove, stando dietro la grata, univa la sua voce, resa ormai fioca dagli anni, a quella dei fedeli presenti nel tempio; narrano infatti le consorelle: « purché vecchia e con acciacchi, era solita mettersi in un posticino presso la grata del coro da dove si univa ai canti della Messa, attirando non poco l'attenzione dei fedeli, ammirati per il fatto che i suoi tanti anni mai le impedivano di cantare le lodi divine ».

(Ex homilia die 14 novembris 1976 in Basilica Sancti Petri a Summo Pontifice Paulo VI habita, occasione beatificationis Mariae a Iesu López de Rivas: *L'Osservatore Romano*, 15-16 novembre 1976).

DE PRIMA SESSIONE PLENARIA CONGREGATIONIS

Diebus 22 et 23 novembris 1976 celebrata est in Palatio Apostolico prima Sessio Plenaria Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, quam participaverunt Cardinales et Episcopi Membra Dicasterii.

Aderant: Em.mi Domini Cardinales:

Knox J. Robert, Praefectus; Šeper Franjo; Colombo Giovanni; Staffa Dino; Wojtyła Karol; Gray Gordon Ioseph; Dearden John Francis; Marty François; Luciani Albino; Poletti Ugo; Otunga Maurice; Arns Paulo Evaristo; Jubany Arnau Narciso; Felici Pericle; Nasalli Rocca di Corneliano Mario; Pignedoli Sergio; Rossi Opilio; Pironio Eduardo.

Exc.mi Archiepiscopi et Episcopi:

Franic Frane; Arokiaswami Packiam; Ryan Dermot J.; Tomizawa Benedict; Tenhumberg Heinrich.

Ordo laborum talis fuit: die 22 novembris examinata sunt problemata de competentia Sectionis pro Sacramentis: quaestio de novis instituendis ministeriis iuxta ea quae habentur in Litteris Apostolicis *Ministeria quaedam*.

Die 23 novembris agitata sunt problemata de competentia Sectionis pro Cultu Divino, quaestiones scilicet quae in proximo futuro examini Sectionis subiciuntur, uti sunt:

a) de orationibus quae petuntur addendae textibus in Missali Romano exstantibus;

b) de liturgicis celebrationibus et praesertim eucharisticis pro hominibus mente aut corpore debilibus;

c) de Precibus eucharisticis pro Missis cum pueris et de reconciliatione;

d) de Liturgia diversis locorum culturis accommodanda.

We publish excerpts from:

A REPORT ON THE MEETING OF
SECRETARIES OF NATIONAL LITURGICAL COMMISSIONS

(Singapore, December 14-18, 1975)

The International Commission on English in the Liturgy (ICEL) sponsored a five day conference of secretaries of National Liturgical Commissions from countries where English is a major language used in liturgical celebrations. Secretaries from the following conferences met at Singapore, December 14-18, 1975: Antilles (The Rev. Michael Sequeira), Australia (The Rev. Denis J. Hart), Canada (The Rev. Patrick J. Byrne), England and Wales (The Rev. Anthony Boylan), India (The Rev. D.S. Amalorpavadass), Ireland (The Rev. Patrick McGoldrick), The Philippines (The Rev. Camilo J. Mativoet CICM), Scotland (The Rev. Joseph Boyd), Malaysia-Singapore (The Rev. Stanley Fernandez), Southern Africa (Sister Brigid Flanagan), Sri Lanka (The Rev. Charles Fernando), and the United States (The Rev. Thomas Krosnicki SVD). ICEL was represented by its Executive Secretary, The Rev. John E. Rotelle O.S.A.

Purpose

The meeting, the first of its kind reflects the growing role of the national liturgical commissions of the episcopal conferences. Launched under the impetus of Vatican II and after ten years of sailing in sometimes uncharted waters, the liturgical commissions are now firmly established. With this in mind ICEL invited the secretaries who are charged with guiding and facilitating the liturgical life in their respective conferences to the Singapore meeting, to discuss their common problems and needs.

The following summary of the conference has been taken from the secretaries' individual reports and from the report of the ICEL Executive Secretary. Its purpose is to present the general tenor of the meeting, to indicate the concerns for which the secretaries found a forum of their associates from other countries helpful, and to outline the manner in which ICEL offered its cooperation. The details are chosen as samples from a long and wide-ranging report. For a complete account, a copy of the conference minutes and reports can be secured from the office of the ICEL Secretariat.

Commissions

The liturgical commissions each have different organizational structures; they vary from conference to conference in the breadth of their interest and in the extent of their authority. In most, but not all, English is the most widely used language. English is the major language for the conferences of the United States, Southern Africa, New Zealand, Scotland, Ireland, England and Wales, Australia, and a major language in Canada. Even among these countries there are often secondary languages. In Singapore, the Antilles, India, the Philippines and Sri Lanka, English is used by a minority of the worshipers, but is frequently used as a standard for the translations into the indigenous languages.

The commissions for the United States, England and Wales, Canada, Ireland and India have been established for as long as ten years and are now adequately staffed. In 1974 a defunct and formerly inactive National Commission was revived in Sri Lanka. Just a year ago the Southern African Catholic Bishops' Conference was reorganized into a number of commissions, one of which is the commission for Christian Education and Worship which includes a Department of Liturgy. By direction of the Australian Episcopal Conference the former Institute of Pastoral Liturgy was absorbed into the National Liturgical Commission in May 1975.

In all of the conferences represented it was clear that a conference-wide awareness of specifically liturgical needs had been developed. The evolution of official structures to deal with the problems is underway in all conferences; some are more advanced than others.

Translations

Nearly all the English translations of liturgical texts used in the countries represented at Singapore are ICEL translations. There is only one major exception to this general pattern: the translation of the *Liturgia Horarum* which was commissioned by the hierarchies of Australia, England and Wales, and Ireland. While most of the conferences use a version of some of the principal prayers that are common to other faiths: the Gloria, Creed, Sanctus, Benedictus, Magnificat, etc., these translations are not an exception to the use of ICEL texts, since they are the work of the ecumenical International Consultation on English Texts (ICET), for which ICEL is the Roman Catholic representative.

There are some instances of minor variations from the use of ICEL texts. Canada, for example, in order to maintain English texts that are parallel to the French versions of the same rite, supplements the ICEL work to achieve the desired text conformity. The rite of funerals is an instance of this effort at cooperation between the two major language groups in Canada. Scotland and Ireland use responses to the responsorial

psalms that are not ICEL translations. In addition the Irish have an alternative translation for the marriage rite. England and Wales have their own translation of the funeral rite, and for the Order of Mass they have an approved alternative to the ICEL version, the "NLC" translation.

On the whole the participants expressed their satisfaction with the ICEL translations. The sentiments of the Secretary of the National Liturgical Commission of England and Wales, Father Anthony Boylan, were representative of the others. "ICEL is in possession," Father Boylan said, "and we want it that way. The conference is a strong supporter of ICEL."

ICEL texts are appreciated from an additional perspective by the conferences in the developing countries. Sister Brigid Flanagan, representing Southern Africa, expressed this position in saying that

support for the ICEL translation arises out of a strongly felt need in a country with a small English-speaking population for uniform, liturgical texts. Otherwise a small country must tie itself to one major publishing country ... or accept publication from all sources, thus leading to utter confusion, because of the multiplicity of translations.

ICEL's work of translating the rites, as the Roman revision has been made available, is now almost finished. There are only a few rites remaining to be translated—these are various parts of the Pontifical. According to the ICEL procedure, once the translation has been completed, then approved by the Advisory Committee and the Episcopal Board, it is presented to the individual member conferences for their acceptance or rejection. A listing of the ICEL translations approved by the various conferences has regularly appeared in *Notitiae*.

ICEL has prepared itself to deal with the next phase of the renewal of the rites. The texts are now available in a good, careful English translation but revisions are demanded in both the language and layout of the books, the intent being always to enhance the rite as a medium for worship. Accordingly four subcommittees have been initiated. The Subcommittee on Presentation of Texts examines the texts in translation with a view towards a better arrangement of the books' layout. The Presentation of Texts subcommittee will insure that the ICEL White Books will be issued with the parts and progression of the rite clearly indicated.

The Subcommittee on Original Texts has been organized to examine new compositions. This subcommittee responds to the need for entirely new texts which may arise in two ways: either because the *editio typica* has made no provision for an alternative prayer, leaving the matter to the discretion of the individual episcopal conferences, or since some other

pastoral situations have presented themselves which were not accounted for when the rite was originally drawn up. The Alternative Opening Prayers of the ICEL *Roman Missal* are an example of the first instance. An example of the second type would be the need in the *Rite of Anointing* for a prayer over the body of someone who has just died.

Another of the ICEL subcommittees is devoted to music. It has been assigned the task of providing simple musical settings for the ICEL texts, with concentration on the people's parts.

A fourth subcommittee will deal with draft translations from the Latin and with revisions of the existing ICEL translations. This latter is a task of considerable importance and magnitude. In the next several years ICEL will undertake an evaluation of the major texts now in use. This project will be carried out with great caution, and will as it proceeds take into account the criticisms that have been made of the ICEL texts over the past decade.

Publishers

Nearly all of the participants at the Singapore meeting voiced a particular concern over publishers and publications of liturgical books. One common problem is getting the approved texts published in such a way that they can be purchased at a reasonable price. Private publishers are understandably reluctant to publish where there is little or no hope of some profit. Few liturgical commissions undertake their own publishing: only Canada and India are able to publish most of the needed liturgical books. The United States, Scotland, Ireland, England and Wales, and Australia use a system whereby approval is given to different commercial publishers for the publishing of liturgical texts.

Liturgical books are not as readily available in the less economically developed countries. This is largely so, simply because the price charged by the commercial publishers (in the United States, England and Wales, etc.) is beyond their means. This imbalance of costs and means puts the conferences where there are lesser financial resources at a disadvantage. Even when the texts are brought within their financial means, they are at times forced for other reasons to approve the use of a translation or publication which they would not have chosen on purely pastoral or linguistic grounds ...

A related difficulty is that texts which have not been approved in the respective local conference are nonetheless marketed by publishers. Such incidents, in those instances where ICEL texts are involved, are a direct violation of a contractual agreement entered into by the publishers with ICEL. Through this agreement the permission to distribute publications in a particular country is to be secured from the episcopal conference of that country. Cooperation between the conferences and ICEL and

among the conferences themselves has so far been able to afford the conferences some protection from such violations. But the smaller countries, especially those which are not able to be independent in these matters, are most vulnerable. Father Camilo Marivoet of the Philippines summed up the difficulties that the present monopoly of liturgical publishing in the larger countries presents for countries such as his own:

Until quite recently, publishers and importers controlled the field of liturgical publications ... Publishers are little interested in the rites that will yield no profit and they compete for rites more in demand. Some bookstores bring in non-recognized texts; e.g., though we have our own (Mozarabic) marriage rite, the Roman rite and the Scottish adaptation are brought in.

There was a general complaint among the secretaries that the quality of liturgical publications was much in need of improvement. Father Anthony Boylan observed that

the standard of liturgical publications in England and Wales has not been high. We have heard constant criticism of layout, type-face, printing and especially binding.

With the establishment of the Subcommittee for the Presentation of Texts, which is subordinate to the ICEL Advisory Committee, a good part of the textual and printing problems with publications should be ameliorated. The purpose of this subcommittee is to suggest format and layout for ICEL publications. It is hoped that the subcommittee's work will make it easy to recognize at a glance the ordered stages of the rite, and within the sections it will be possible to distinguish easily rubrics from texts, celebrant's parts from those of the assembly, main texts from alternatives. The advantages to be gained from ICEL's more elaborate preparation of texts are: first, that a more consistent and pastorally useful book design will be insured; secondly, the ICEL material will be so produced that those countries whose resources are limited will be able to reproduce the ICEL texts in their own countries by offset or some other economically reasonable method.

Adaptation

Another of the constant concerns of the secretaries of the national liturgical commissions is the task of adapting the liturgical rituals for various local and pastoral needs. Although no conference considers itself to be at any but the initial stage of adaptations, the reports of the participants showed that some countries have made significant efforts in this area. There are two types of adaptations to be considered, as distinguished by Father D. S. Amalorpavadass of India:

adaptations foreseen and permitted by the typical edition of the official liturgical books and indigenization which calls for more radical and creative work and in which the initiatives have to come from Episcopal Conferences.

The degree of involvement with adaptation varies with the conferences. For those conferences which must deal with mixed cultures and language groups, namely, the Antilles, the Philippines, India, and Southern Africa the second form of adaptation, what has come to be called "indigenization," has become a more and more pressing problem. The secretaries recognized that an adequate "interiorization" of rites will require a somewhat more elaborate adaptation of the rites to the local culture and tradition.

Having prepared the rites in an English version, and now after ten years having embarked upon an evaluation of the strengths and weaknesses of the English version, ICEL is free for the first time to focus upon methods that will encourage the interiorization of these rites. As Father John Rotelle, Executive Secretary of ICEL, explained to the participants at Singapore: "We are at the point at which interiorization must take place, and I think that we can help that along so that these beautiful texts and embellished rites reach the hearts of men and women." In part this will require adaptation, in part revisions, in part catechesis.

Catechesis

The secretaries were unanimous in pointing out that one of the greatest difficulties which they face is the general lack of understanding that all too often attends celebrations of the revised rites. It is now time to work more intensively to foster interiorization of what is expressed externally in the worship of the community. Father Michael Sequeira, addressing this point, said to the participants at Singapore that

what is really a problem is to celebrate these revised rites in a meaningful way and to make our liturgy a real celebration. Our priests and people need to be educated in making liturgy a genuine experience of prayer.

Father Boylan spoke to the same theme:

the most important task of the next decade will be to educate the clergy to celebrate the liturgy in a manner that will have the maximum effect upon those who take part in it.

Father Boylan laid particular stress upon the role of the priest, for once he has learned to understand the rites themselves and his own unique role within them, the priest will then be all the more concerned to bring others to understand their differing roles within the celebration.

Stressing the same point, Father Amalorpavadass called attention to the need for continued formation of the clergy and others too that all may be involved with the spiritual power of the liturgy. Father Patrick McGoldrick offered further thoughts on the necessity of catechesis at the conclusion of his report:

The aim of the Liturgy Commission (Ireland) is the better celebration of the liturgy in our churches with the active, conscious and, above all, interior participation of all, ministers and people. At present the principal effort of the commissions to achieve this is through the proper liturgical education of the clergy.

These quotations are a sampling of at least again as many in a similar vein. ICEL for its part has only very recently been able to begin its own role in the work of promoting interiorization. Texts are now to be provided with pastoral notes and the ritual books are being closely examined to determine how their pastoral usefulness can be increased. But admittedly these efforts are hardly enough. ICEL has long recognized the need for catechesis and the role, in service to the conferences, it can play in this work. ICEL is now beginning this work, and in doing so it will not be taking on a new identity but fulfilling a previously neglected part of its mandate.

The primary ICEL program has been and is the translation into English of the official Latin texts of the Roman liturgy. But this primary program also includes auxiliary undertakings: commentaries or notes on texts, liturgical documentation, commissioning of musical settings of ICEL texts, subsidiary catechetical materials, and similar projects.

With most of the major translations now completed, ICEL will begin to concentrate more deliberately on its auxiliary undertakings and the provision of new texts—tasks for which it had little time in the earlier stages of its work. The work ICEL is now about to emphasize will require deliberation and reflection. The insistent demands of the last ten years have for the most part subsided. Just as we have come to realize that the vernacular liturgy could never have been wholly successful in simply a few years' time, so it has also been understood that the work of liturgical renewal, its interiorization, is the work of generations, not of a decade. The possibility for calm and reflection must now be exploited. Further meetings of the national secretaries, catechesis, pastoral presentation of the rites, further revision of the texts for linguistic and musical purposes—these are some of the elements which will go into the work of this second phase of liturgical renewal. Embarked upon this course, Catholics in the English-speaking countries may look forward with greater hope to a liturgy that will confirm and intensify the life of the Church by touching the hearts of men and women.

ENCHIRIDION DOCUMENTORUM
INSTAURATIONIS LITURGICAE

ERRATA QUAEDAM CORRIGENDA

- p. 186, n. 535, lin. 12: loco « publicae » legatur « publice ».
- p. 468, lin. 29: loco « 7 decembris 1974 » legatur « 27 martii 1975 ».
- p. 474, n. 1395, lin. paenultima: loco « liturgiae » legatur « liturgicae ».
- p. 509, n. 1550, lin. 5: loco « cuiusvis. Ordinarii » legatur « cuiusvis Ordinarii ».
- p. 535, annot. c, lin. 4 legatur: « (1970) 104 ».
- p. 590, lin. 29: loco « fare » legatur « fere ».
- p. 603, n. 1912, lin. 3: loco « alterius » legatur « ulterius ».
- p. 624, n. 1964, lin. 8: loco « frustatur » legatur « frustratur ».
- p. 648, n. 2020, lin. 15: loco « égard » legatur « régard ».
- p. 665, apud « Ed. typ-voluminis » in fine legatur: « 1970^a, 1975^b ».
- p. 685, n. 2109, lin. 12: loco « ecclesia » legatur « ecclesiae »; annot. c, lin. 5 legatur: « 151-152: ».
- p. 734, numerus in margine legatur: « 2253 ».
- p. 749, n. 2291, lin. 11: loco « praetera » legatur « praeterea ».
- p. 755, n. 2332, lin. 2: loco « introductio » legatur « introductorio ».
- p. 769, n. 2425, ultima lin.: post « penetret » addatur « animum ».
- p. 778, n. 2505, lin. 2: loco « distribui » legatur « distributi ».
- p. 789, prima lin.: loco « horarum » legatur « harum ».
- p. 802, n. 2575, lin. 7 legatur: « 28 novembris 1971¹ ».
- p. 810, lin. 2: loco « Domum » legatur « Donum ».
- p. 819, lin. 7: loco « gaudendi » legatur « gaudenti ».
- p. 825, n. 2630, lin. 11: loco « Lingua Horarum » legatur « Liturgia Horarum ».
- p. 866, lin. 10: loco « diverse » legatur « diverso ».
- p. 926, n. 2998, lin. 3: loco « anque » legatur « atque ».
- p. 942, n. 3041, lin. 12: loco « alt » legatur « aut ».
- p. 943, lin. 2: loco « instituto » legatur « institutio ».
- p. 946, n. 3052, lin. 3: tollatur « in ».
- p. 950, n. 3059, lin. 3: loco « Poenitentia » legatur « Poenitentiae »; ultima lin.: loco « omnis » legatur « omnibus ».
- p. 963, lin. 5: legatur « peragantur ».
- p. 965, annot. a, prima lin.: loco « 1974 » legatur « 1973 ».
- p. 985, prima lin.: loco « Paenitentia » legatur « Paenitentiae ».
- p. 1002, col. dextera, lin. 14: loco « 217 a » legatur « 2176 a ».

- p. 1007, col. sinistra, loco lin. 5 legatur: « 1330, 2104; festum a. dedicationis ecclesiae cathedralis 1330, 2102, in calendariis dioecesis 1323 a, a familiis religios ce- ».
- p. 1022, col. dextera, lin. 3 ab imo: loco « 145 i » legatur « 1451 i ».
- p. 1023, col. sinistra, lin. 23: loco « monumentum » legatur « momentum ».
- p. 1038, col. dextera, lin. 33: loco « 145 h, i » legatur « 1451 h, i ».
- p. 1043, col. sinistra, lin. 17 ab imo: loco « 217 b » legatur « 2176 b ».
- p. 1067, col. sinistra, lin. 11: loco « qui » legatur « quid ».
- p. 1095, col. dextera, lin. 15 et 16 tollantur.
- p. 1122, col. sinistra, lin. 21 ab imo: ante 2488 addatur « 2351 ».
- p. 1128, col. sinistra, lin. 9 ab imo: loco « 2921 » legatur « 2821 ».
- p. 1152, col. dextera, lin. 34 legatur: « 3191, 3193, 3194, 3200, 3207 c; ».
- p. 1193, col. sinistra, lin. 28 legatur: « pro Doctrina Fidei: munera re- ».
- p. 1206, col. dextera, lin. 4: loco « 1261 » legatur « 2161 ».
- p. 1218, col. dextera, addatur prima lin.: « sollemnitatibus 2478-2479, in ».
-

Sicut Christi Mater virgo concepit, virgo peperit,
virgo permansit,
sic Mater Ecclesia, Christi sponsa, lavacro aquae in verbo christianos
populos cotidie generat,
ut virgo permaneat.

(Ex Sermonibus Ivonis Carnutensis episcopi).

NOTITIAE N. 113 - INDICES GENERALES 1965-1975

Nuperrime prodii fasciculus n. 113 commentariorum Notitiae, in quo inveniuntur Indices Generales annorum 1965-1975.

Paginas hic referimus, quae positae sunt initio praedicti voluminis quaeque inserviunt ad modum introductionis faciendae in ipsum tamquam utile instrumentum laboris.

INTRODUCTIO

Indices generales Commentariorum *Notitiae*, multum petiti diuque expectati, complectuntur undecim priora volumina hucusque edita (1965-1975), temporis scilicet intervallum quod de facto universam amplectitur actuositatem « Consilii » et S. Congregationis pro Cultu Divino.

